



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Regia Via Crvcis

Haeften, Benedictus van

Antverpiæ, 1635

Cap. I. Crvx absque dilatione statim tollenda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46093](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46093)

REGIÆ
VIAE CRVCIS.
LIBER SECVNDVS.

*De optimâ CRUCEM ferendi
methodo.*

CAPVT PRIMVM.

CRUX absque diuisione statim tollenda.



CONDICTVM aduenerat tem-
pus, quo Staurophila amabile
CRVCIS onus, & iter erat sus-
ceptura salutare. Verùm, quæ
humanæ mentis instabilitas,
non parum reformidabat & illius pondus, &
huius spatia longiora; vt pænè iam fidem
fallere, & expectantem in Sacello IESVM
non reuifere decerneret. Sic nimirum quod
volunt homines, non diu volunt; & quæ ca-
lidè primùm concipiunt vota, vix languidè
tandem, ac ne vix quidem exsequuntur. *Spi-* Matth. 26.
ritus scilicet promptus est, caro autem infirma: 41.

H 4 quan-

quantumque ille salutaria concupiscit, tum hæc refugit. Nobile hoc in genere exemplum dedit Apostolorum princeps, qui in abundantia cordis sui liberaliter admittens, dum dicebat: *Tecum paratus sum & in carcerem, & in mortem ire. Et, si omnes scandali-
 ti fuerint, sed non ego.* At idem ille post multas horas, ad vnius ancillulæ vocem cepit iurare, quia non nouisset hominem.

Luc. 22, 33.

Marc. 14,

29.

Matth. 26,

74.

Talis & nostra ferè Staurophila: dum frivolis-
 sime cum IESU conferret, cum verba veritatis æternæ audiret, anhelabat & suspirabat ad CRUCEM; nihilque illi dulcius videbatur quam passionibus Christi per patientiam communicare. Vt verò Cosmopolitanis itinerum mixta filiabus, dulce venenum, & infirmitas haufit falsas, lentè omnino, & somnolentè de VIA CRVCIS cogitabat, & tantum non pœnitebat promissi. Urgebatur interius huius religione, nec quietem à conscientia carnificinâ sperabat, nisi ex præscripto se abstineret. Ibat ergo lugens & tristis, siue quod amatas desereret adolescentulas, siue quod arctam nimium horreret semitam. In ipsa tamen itinere altum ingemiscens, Dominum subinde se commendabat: nec deerant interlucentes quidam diuini fauoris radij, animam eius cælesti luce per interualla collustrantes.

Ven.

Ventum tandem ad locum, & vix dum oculis huc illuc circumspexerat, cum ecce præfens adest, cum quo pridem instituerat colloquium, Christus Dominus: qui nouum exorsus sermonem, Eia, inquit, Staurophila, quàm factum benè, quòd ciues Babylonis deserueris! quòd promissis steteris, & abruptis blandis illis retinaculis, ad vexillù CRVCIS intrepida euolaris! Noui laqueos & pedicas gressibus tuis tensas: sed vt euaderes, gratia mea fecit. Nunc ecce tempus faciendi, tempus acceptabile, occasio salutis. Nunc, inquam, tempus ferendi CRUCEM, & sequendi me. Quisquis enim in regno cælorum voluerit *Agnum sequi quocumque ierit*, Apoc. 14, 4 is nunc sublatâ CRUCE venire debet post me, & præeuntis sequi vestigia.

Non multùm hæc mouebant Staurophilam; quæ timorè adeò consternata erat, vt ad solam CRVCIS mentionem pænè trepidaret. Quare vt in bello, qui se viribus inferiores agnoscunt, ad inducias confugere solent; non secùs illa, cum declinare CRUCEM omnino non posset, dilationem petijt. Et hoc saltem, inquiebat, te Domine rogo, liceat mihi aliquantò adhuc tempore mundo & ætate frui, nec tam citò mœstissimum hoc iter auspicari. Adolescentula sum ego, viribus tenera, animò imbecillis: cum annis

H 5

crescet

crescet robur, ac tum maturè satis CRVCIS iugum excipiam. Equidè non detrecto lud, sed liceat, quæso, pace tuâ, aliquantum differre.

Irascenti similis Christus, Quid hoc deum, inquiebat, Staurophila? miror quomodo tam citò reliqueris VIAM bonam, VIAM salutis, quam ostendi tibi. *O insensata filia, quæ te fascinavit non obedire verbo veritatis, quod audisti ex ore meo? Cur coruinam verbum surpas vocem, & periculosâ procrastinatione opus salutis in posterum reijcis? An non dicit Scriptura, Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem; subit enim veniet ira illius? Equumne tibi videtur, vt mundo ætatis florem, Deo senectutem, mundo voluptates, Deo corpus effretum referas? Quid potest habere laudis, si corpus voluptatibus, & iam senectutis gelu frigidum ad sera deuotionis officia, deposito iam segnior vigore, conuertas? Non est corona, nisi, vbi fuerit difficilioris lucta certaminis, ad quam rari contingere possunt, nec omnes qui ingressi fuerint stadium, peruenire. Et an non pudet te primitias vitæ tibi reseruare, & id solum tempus bonæ menti (ac tollendæ CRVCIS) destinare, quod in nullam rem conferri possit? Quàm seruum est, tunc viuere incipere, cùm desinendum est!*

Gal. 3, 1.

Eccli. 5, 8.

Nazianz.

Orat. in
S. Baptism.

Ambros. in

Psal. 118.

Octon. 19.

Senecal. de
Breuitate
vitæ.

Parce

Parce Domine, aiebat Staurophila, & igno-
 sce deprecationi meæ: neque enim in extre-
 mam senectam CRVCIS iter differre, mens
 erat, sed in aliquot tantum annos. At enim,
 respondebat Christus, quis eos tibi promisit?
 An non breues dies hominis sunt? Nescit re-
 uerâ, nescit homo finem suum, sed sicut pisces
 capiuntur hamo, & sicut aues laqueo compre-
 henduntur, sic capiuntur homines in tempore
 malo, cum eis extemplo superuenerit. Si sciret
 quisque quo tempore de præsentis sæculo si-
 bi esset exeundum, aliud quidem voluptati-
 bus, atque aliud tempus CRVCI ac pœniten-
 tiæ aptare potuisset: sed qui crucigero cæ-
 lum, pœnitenti veniam ipopondit, is negli-
 genti ac tergiuersanti crastinum non promi-
 sit. Incertum est, quo te loco mors exspectet,
 itaque tu illam omni loco exspecta.

Iob. 14, 5.

Ecli. 9, 12.

Seneca
Epist. 26.

Verum, replicabat Staurophila, adolescen-
 tior, ut dicebam, etiamnum sum; ætatem
 magis vegetam expectari tantum velim. Ad
 hæc Christus: Omnis Deo matura est ætas,
 magis autem prima, & primæ proxima. Bo-
 num est viro cum portauerit iugum ab adole-
 scientiâ suâ Non solum enim tollere iugum Do-
 mini, sed in iuuentute oportet tollere. Si enim
 serò tollas, incipies pœnitentiam superiorum
 magis habere, quam tenere gratiam. An non
 præstat dicere, Deus qui pascis me à iuuentute
 meâ,

Thren. 3,
27.Ambros. in
Psal. 118.
Serm. 2.Gen. 48,
15.

Pfal. 24, 7.

meâ, quàm recordatione lapsuum dicere, De
 Et a iuuentutis meâ, & ignorantias meas ne
 mineris? hoc debilitatis est remedium, illi
 robur salutis. Eî autem qui post decursu
 uentutis annos iugum tulerit, non est statu
 perfectum bonum. Stimulant enim eum pecc
 ta sua, exagitat consciëntiam consuetudo pe
 candi, & usus erroris instabilem facit. Luctu
 dum est diu huiusmodi, ut abolere faciat in
 terata atque diuturna. Plus enim in his tal
 Conf. c. 11. bus valet deterius inolitum, quàm melius in
 solitum.

August. l. 3.

Conf. c. 11.

Sed quid est quòd ætatem incufas, foron
 bus tuis prouectior, & plenis iam nubilis an
 nis? Adolescentulam tamen te dicis. Esto se
 nē: atq; utinam vna tu esses ex illarum gre
 ge, de quibus scriptum: *Adolescentula dile*
xerunt te Deus! utinam non verbo tantum
 sed opere & veritate diligeres me! non ita
 CRVCIS consortium refugerēs. Et quod e
 mantis potissimum votum? nōne amato
 quā licet, assimilari? Ego autem *pauper fui*
 Cant. 1, 2. *& in laboribus à iuuentute meâ.* Et quid aliud
 deceat te, quàm æmulari formam illam
 quam assumpsi propter te? Quot pueri &
 puellæ, quot iuuenes & virgines rigidissimi
 viuendi genus, & CRVCES & corporis affli
 ctationes ab ipsâ pænè infantia sponte sunt
 amplexi? Quot martyrio coronati, qui præ
 iudi-

Pfal. 37, 16.

quod e
 mantis potissimum votum? nōne amato
 quā licet, assimilari? Ego autem *pauper fui*
 Cant. 1, 2. *& in laboribus à iuuentute meâ.* Et quid aliud
 deceat te, quàm æmulari formam illam
 quam assumpsi propter te? Quot pueri &
 puellæ, quot iuuenes & virgines rigidissimi
 viuendi genus, & CRVCES & corporis affli
 ctationes ab ipsâ pænè infantia sponte sunt
 amplexi? Quot martyrio coronati, qui præ
 iudi-

iudicium vehebant ætatis? & tu non poteris quod isti & istæ?

Erubescerat ad hæc Staurophila, & accendebatur non nihil imitandi desiderio. Atque utinam Domine, aiebat, gratia tua me quoque præueniat & sequatur, ut digna efficiar societate iuencularum tympanitriarum, quæ *carnem suam crucifigentes cum vitijs & concupiscentijs, mortificauerunt membra sua, quæ sunt super terram!* Bonum hoc votum,

Gal. 5, 24.
Colof. 3, 5.

aiebat Christus, sed opere ipso opus est, non nudis verbis. Sed ut hanc voluntatem confirmem, scito longè tibi fore utilius, in hac ætate CRUCEM suscipere, quàm in secuturam & incertam differre. Nil fertur facilius, quàm quod à teneris vnguiculis ferre didiceris: difficile autem est (ut dici solet) senem canem assuescere loris, & inueteratum dierum docere pœnitentiam.

Cælesti id visione aliquando declaratum, quam ad tuam qualemcumque consolationem subtexere non grauabor. Ferunt enim *Religiosum quemdam vitâ functum apparuisse de nocte Fratri socioq; suo, magno splendore collucentem. Cumq; eum ex cellâ eduxisset, ostendisse magnum numerum hominum candidâ veste, mirabiliq; luce micantium, qui pulcherrimas CRUCES humeris deferebant: erat autem omnium ITER in calum.* Postea modico

Hieron.
Platus l. 3.
de Bono
status Re-
lig. c. 33.

inter-

intervallo, alius sequebatur ordo, isq; multo pulchrior, multoq; lucidior, quorum unusquisque ornatissimam CRUCEM, non iam humeris sed manibus gestaret. Deinde tertius ordo, omnium longè splendidissimus, & speciosissimus, quorum item CRUCES formâ & pulchritudine reliquorum CRUCES superabant, neque enim ipsi portabant, sed suus, qui singulos præibat, Angelus, ut ij alacres & ludibundi sequerentur. Quòd spectaculum cum ille miraretur, exposuit socius, primos illos esse, qui prouectâ iam ætate Religiosæ vitæ CRUCEM amplexi fuissent, secundos, qui in virili, postremos autem, quos adeò expeditos hilaresq; vidisset, eos esse, qui in adolescentiâ se CRUCI subdidissent. Ecquid nunc animi tibi est, Staurophila? Iam, inquebat illa, volupe fuerit in postremis istis non esse postremam, & reijcio profus, quas antea requirebam, moras, procrastinationem omnem detestor. Nunc, Domine, nunc, te auspice, incipiam, hæc mutatio dextera Excelsi.

Pl. 76, 11.



CA